sua sententia, vel in eventu mortis successorum illius pro tempo:
re et loco superius expressis ad solvendum succumbendo
Pro quo quidem Vadio vel Vadiis modo praemisso ad
solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex con:
tentis Inscriptionis praefatae non completa complenda citata exi:
stens memorata pars una praemissa non tenens sive
eius posteri Ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis
et complentis, vel illius successorum ad Officium praesens
Castrense Capitaneale Praemysliense exhinc recessa supra
scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in
primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri pa:
rere respondere, Vadium vel Vadia praefata luere, Inscriptioni
praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat prae:
sentibus, eundem Terminum primum peremptorium Vi et alios
omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos sem:
per peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorenni:
tate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio
militari, ad munimenta ad Equitorem, vel aliis quibus:
vis dilationibus et legalibus impedimentis non differen:
do ad quietationem praeterea ultra proximos Officii
praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos
dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appel:
lationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa
omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evictionibus
suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello
Convocationeque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis
non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo sta:
tica praesenti personali recognitione ad praemissa omnia
et singula mediante.

Manastyrski Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus

Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Georgius Manastirski Abrachamowicz Nobilis Abraham Manastirski cum Nobili Sophia Kropiwnicka consorte eius legitima pro:
1342 creatus filius Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq Suis quibusvis propriis et Compe: tentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Catherina Jaworska Nobilis Nicolai Jaworski Dubik cum Nobili Anna Wysoczanska Consorte eius legitima procreata filia Sui Vero Recognoscentis Consorti legitimae, et ipsius Successoribus Summam Quingentorum Florenorum Polonicalium, ratione Verae dotis et Expeditionis eam de bonis Paternis et Maternis concernentes, post eam acceptae, et in domum Suam importatae, nec non aliam Similem Summam Quingentorum Florenorum Polonicalium, ratione certi Veri iusti et liquidi dotality in et Super tota et integra medietate bonorum Suorum generaliter omnium, haereditariorum obligatoriorum, mobilium et immobilium, Summarumq quarumvis pecuniariarum nec non auri, argenti, Clenodiorum, Unionum margarethorum Vestium Vestimentorum, Stanni, aeris, Cupri, orichalci, pecorum pecudum Equorum Equiciae, ac totius Suppellectili domesticae, nunc habitae et in post habendae, dedit dotavit, dotalitiavit inscripsit et reformavit, prout dat dotat, dotalitiat inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem Catherinam Jaworska Sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum Suorum generaliter omnium Cum Universis ipsi Utilitatibus, et Usufructibus, Competentiisq ac praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Usufruendi

ac ad

ac ad Usus suos suorumq[ue] Successorum quovis beneplacitos libe-
re et effectualiter convertendi Vigore ac more aliarum Re-
formationum hactenus et diuturnis in Regno Poloniae ob-
servari solitarum.

Et in Continenti Coram eodem officio et Actis praesentibus Ca-
strensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Com-
parens Nobilis Abraham Manastevski Sup[ra] Recogno-
scentis Parens sanus mente et corpore existens a Terris
Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis pro-
priis et Competentibus recedendo praesenti Vero Castren-
si Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum
modernum attinet secum successionibus ac Bonis suis genera-
liter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subji-
ciendo palam libere publice ac per expressum recogno-
vit. Quia ipse super eandem Inscriptionem Reformationiam
per praefatum Nobilem Georgium Manastevski filium
suum Nobili Catherinae Jaworska Consorti suae legitimae
Coram Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysli-
ensibus die hodierna factam consentit et eandem Inscriptio-
nem Reformationiam in toto approbat confirmat et ratificat.
Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia
et singula mediante.

Manasterska Abrenuntiat.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Prae-
mysliensibus personaliter Comparens Nobilis Catherina
Jaworska Nobilis Nicolai Jaworski Dubik cum Nobili Anna
Wysoczanska Consorte eius legitima procreata filia Nobilis Vero
Georgij Manastevski Consors legitima cum eiusdem mariti sui
Viri Sui Conivgalis personali assistentia et Ultroneo ad in-
frascripta recognoscenda Consensu sana mente et corpore
existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti